

180
et quidem adprobare doctrinam eius coe-
tus in quo ad communionem accedas.

De quarto Capite.

Doctrina de vero usu uenae Domini
erit illustrior collatis aliquo modo pra-
cipuis abusus.

Primum igitur Regula uniuersalis
et firmissima tenenda est. Cum vera
sacramenta sint ritus diuinitus insti-
tuti, et sint testimonia diuina uoluntatis
nulla creatura potest instituire sacra-
menta, aut ritus a Deo institutos,
transferre ad alios fines. Et tamen
horribilis prophanatio omnibus seculis
ditur utroque modo.

Multi homines inter eos qui titulum
habuerunt ecclesiae, et inter Ethnicos in-
stituerunt novos ritus, ut essent cultus
Dei, et ut essent Sacramenta. Ac histo-
riae Israëliticae, et ethnicae nota sunt.
Sic et in ecclesiam post Apostolos uariae sunt